PASSIONALE
Admont, 12. Jh. Seite 41r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26216
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Dum ascolis reuerteretur. a prefecti urbis filio ad · ii ·
amatur. Cui parentes dum requisisset. cepit offerre plu
rima. pluraq; promittere. Deniq; detulerat secum
preciosissima ornamenta. que a beata agnete ue
luti stercora sunt recusata. Vnde factum est ut iuuenis
maiori purgueretur stimulo. & putans eam melio
ra uelle accipere ornamenta. omnem lapidum precio
sorum secum defert gloriam. & per se ipsum & amicos &
notos & affines aures uirginis appellare. diui
tias. domos. possessiones. familias. atq; omnis co
piam mundi repromittere. si sensum eius ad ipsius amo
rem conuerteret. Ad hec beata agnes tale iuueni de · iii ·
disse responsum fertur. Discede a me fo[illegible]mes pec
cati. nutrimentum facinoris. pabulaq; perflum mortis
discede a me. quia iam ab alio amatore preuenta sum.
quia mihi satis meliora obtulit ornamenta. & anulo fi
dei sue subarrauit me. longe te nobilior & ge
nere & dignitate. ornauit inestimabili dextro
cherio dextram meam. & collum meum cinxit lapidibus
preciosis. tradidit auribus meis inestimabiles mar
garitas. & circumdedit me uernantibus atq; corus
cantibus gemmis. Posuit signum in faciem meam ut nul
lum alium preter ipsum amatorem admittam. Induit me
cyclade auro textam. & in mensis monilibus ornauit
me. Ostendit mihi thesauros incomparabiles quos mihi
se donaturum si in eo perseuerauero repromisit. Non · iiii ·